

gatis negat facultatem, credendum est à for-
tiori eam confessariis in hac concessione ne-
gasse. ¶ Doctissimi Patres Frater Alphō
ius de Noreña, & Magister à Veracruce in
suis Compendiis ver. Dispensare, notant con-
cessionem hanc singularem esse, & nullibi re-
periri similem ad hoc ut confessor possit dis-
pensare cum fratre in irregularitate contrac-
ta, ex eo q̄ excommunicatus celebravit di-
uina, vel ordines sacros recepit, vel homici-
dium casuale fecit. Vbi notandum verbum
illud casuale, ut per ipsum intelligas omne
homicidium non ex proposito factum. Ut cū
morīs infirmus quia frater in latus renoluit,
vel aquam bona fide dedit. &c. Non sunt
hęc homicidium voluntarium, quia non ex-
proposito fiunt. Vide Caietanum, verbo, Ho-
miciolum, & ver. Irregularitas. Et sic vir-
tute huius priuilegij potest Prior & Guardia-
nus, & confessor dispensare cum fratre eius-
dem Ordinis, licet sit alterius conuentus. De
quo vide quę supra diximus verbo, Absolue-
re. §. 3. fol. 121. ¶ Verum amplior mul-
to & extensior est facultas concessa Ordini
Sancti Hieronymi in Hispania per q̄; cuili-
bet Mendicantium semel in vita in foro cōf-
cien